

Beiheft

2

S 128

1298 (1297) Februar 13.

[77]

128

Dietrich, Ritter von Leve<sup>1)</sup>, schenkt das Gut Wissinck, Kspl. Ochtrup, an das Kloster Warlar.

Nos Theodericus miles dictus de Leve, Margareta uxor sua omnibus, ad quos praesentes litterae pervenerint, cupimus esse notum, quod nos pro remedio et salute animarum nostrarum, cohaeredum et comparentum nostrorum mansum nostrum dictum Wissinck, situm in parochia Ochtorpe, cum omnibus suis juribus et attinentiis de consensu cohaeredum et comparentum nostrorum contulimus ecclesiae Warlarensi jure perpetuario perpetuo possidendum, nihil nobis vel nostris cohaeredibus in eisdem bonis seu attinentiis iuris vel gratiae reservantes, ita tamen, ut memoria nostra, cohaeredum et comparentum in anniversariis nostris in dicta ecclesia quovis anno perpetuo solemniter celebretur, et habeat de dictis bonis conventus quolibet anniversario sex solidos legalis monetae, quos provisor extunc conventui ministrabit. Item idem provisor dabit claustro dominarum duos solidos et hospitali in Cossvelt duos solidos pro remedio animarum nostrarum quovis anno pro memoria nostra perpetuo facienda. In cuius rei testimonium nostrum sigillum praesentibus est appensum. Datum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XCVII<sup>o</sup>, feria V<sup>a</sup> ante dominicam Esto mihi.

Kopie im Warlarer Kopiar S. 14.